

Sequimini cum in domū in quam intrat · et dicetis patrifami
lias domus · Dicit tibi magister · Ubi pascha cū discipulis
meis manducem · Et ipse uobis ostendet cenaculum mag
num stratum · et ibi parate · Euntes aut̄ · inuenerunt sicut
dixit illis · et parauerunt pascha · Et cum facta esset hora ·
discuit · et duodecim apl̄i cum eo ·

Ubi est sorū.

x. Ecclxiiii x Solus

Et ait illis · Desiderio desideraui hoc pascha manducare uo
biscum antequam patiar ·

ii. Ecclxvi t ii m ccl xxxvi m clxvii

Dico enim uobis · quia ex hoc non manducabo illud · donec
impleatur in regno dī · Et accepto calice · gratias egit · et
dixit · Accipite · et diuidite inter uos · Dico enim uobis ·
qd̄ non bibam de generatione uitis · donec regnum dī ueniat ·

i Ecclxvii t i m ccl xxxiiii m clxvi Io. lxvii.

Et accepto pane · grās egit · et fregit · et dedit eis dicens ·
Hoc est corpus meum quod pro uobis datur · hoc facite
in meam commemorationem ·

ii Ecclxvii t ii m ccl xxxv m clxvii

Similiter et calicem · post quam cenauit dicens · Hic est
calix nouum testamentū in sanguine meo · qui pro uob̄ fundet̄ ·

ii. Ecclxviii t ii m ccl xxxi m clxiii

Verumtamen · ecce manus tradentis me · mecum est in me
nsa · Et quidem filius hominis · sed quod definitum est
uadit · Verumtamen · ue illi homini p quem tradetur ·

i. Ecclxviiii t i m ccl xxx m clxii Io cxxii

Et ipsi ceperunt querere inter se · quis esset ex eis qui hoc fac
turus esset ·

ii Ecclxx t ii m ccl iii m cxiiii.

Facta est aut̄ & contentio inter eos quis eorum uideretur
ēē maior · Dixit aut̄ eis · Reges gentium dominantur
eorū · et qui potestatem sup eos habent benefici uocant̄ ·
Uos aut̄ non sic · Sed qui maior est in uobis · fiat sicut

117

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Trierer DOM
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Hohe Domkirche zu Trier, Domschatz
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/dst_ms137-133-65/0235